

IN NOMINE DOMINI. AMEN. MCCCCXXI.
 TABULA OMNIUM OFFICIORUM ET FORTELLITIORUM MAGNIFICI
 DOMINI NOSTRI CORRADI DE TRINCIIS ET CETERA UT INFRA
 PATET.

Imprimis.

1. ROCCA DI NOCERA.

Roccha ciuitatis Nucerii Debet custodiri per duos castellanos. Qui deputati sunt, retineant pagas viginti quinque computatis duabus paghis mortuis, et habere de salario mense quolibet flor. duos cum dimidio pro qualibet pagha ad 36 bol. pro flor. et honoribus et oneribus consuetis.

Americus Bastardi et Petrus Langelilli de Montefalcone intrauerunt castellani Rocche Ciuitatis Nucerii pro M. Domino Nostro Corrado de Trinciis die prima mensis february cum viginti quinque paghis in totum, personis ipsorum et duabus paghis mortuis computatis. Habent de salario pro qualibet pagha mense quolibet florenos duos cum dimidio cum tabula consueta.

Iacobus Stizze de Fulgineo Castellanus dicte Rocche. Intrauit dictam Roccham post dictos Petrum et Americum cum dicto numero pagharum et honoribus oneribus die secunda Augusti 1421.

2. POTESTARIA DI NOCERA.

Potestaria ciuitatis predictae Tenet unum Iudicem, unum militem unum notarium, sex famulos, unum equum. Abet de salario in semestri ducentos flor. ad 36 fol. pro flor. Cum honoribus et oneribus consuetis.

3. CANCELLARIA DI NOCERA.

Cancellaria ciuitatis predictae. Cancellarius solus est, et habet salarium quatuor flor. in mense ad trigintasex fol. pro flor. cum comodo Catastorum et Cassaturarum et honoribus et oneribus consuetis.

Ser Iacobus domini Putij de Treuio Cancellarius comunis dicte Ciuitatis intrauit prima Ianuari 1421. Est solus, et habet de salario quatuor florenos auri mense quolibet et honores et onera consueta.

Ser Nicolaus ser Francisci de Pedeluco. Intrauit post dictum ser Iacobum die prima septembris 1421, cum salario honoribus et oneribus consuetis.

Ser Tomas Mactioli de Fulgineo Cancellarius dicte Terre intrauit die prima maji 1424.

4. POSTIGNANO.

Roccha Pustignani. Custoditur secundum temporis qualitatem et conditionem, et pro nunc debet custodiri per Castellatum cum tribus sotiis, et habet duos flor. cum dimidio mense quolibet pro quolibet soto, et pro futuro sunt quinque, prout et alii, cum honoribus et oneribus etc.

Sanctes Vagniatij de Castrobono Castellanus Rocche Pustignani. Intrauit die decembris 1420, XIII indictione. Tenet quinque pagas computata sua persona, ad rationem duorum florenorum cum dimidio mense quolibet pro qualibet ad 36 bol. pro floreno.

Iacobus Rabuini de Fulgineo intrauit dictam Roccham Pustignani post supra dictum Sanctum die prima augusti 1421 cum quinque paghis computata sua persona, ad rationem supra dictam.

Nicolaus Vannilli de Montefalcone. Intrauit post dictum Iacobum prima february 1424 ad rationem et conditionem predictam.

5. CASTELNUOVO DI BOSCHETTO.

Castrum novum vallis Buschetti. Debet custodiri uno castellano cum uno soto et habet sex flor. in mense in totum, ad 36 bol. pro flor. et honoribus et oneribus consuetis.

Iohannes Cathani de Gualdo Cattaneo intrauit castellanariam Turris vallis Buschitti comitatus Nucerii die prima octobris 1420 et refirmatus fuit per Magnificum Dominum nostrum Corradum pro alio continuando semestri incipiendo die prima Aprilis 1421: tenet unum sotium: habet sex florenos in mense in totum ad 36 bol. pro flor.

Ad alleuationem expensarum hominum ciuitatis Nucerii cu-

stodia dicti Fortellitij relicta est cure Priorum ciuitatis ipsius die prima Aprelis 1422, XV indictione.

6. SOMEREGIO.

Someregium. Custoditur per unum castellanum cum tribus sotiis, et habet in totum decem flor. in mense ad 36 bol. pro flor. cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Fredus de Castrobono intrauit post dictum (*sic*) Contanellum dictam Roccham de mense Octobris 1420 die ... cum quatuor paghis eius computata persona, cum duobus florenis cum dimidio in mense pro qualibet paga.

Iulianus Honofrij de Bictionio intrauit prima maij 1421 cum tribus sotiis et duobus florenis cum dimidio pro quolibet soto in mense. Et dictus ser Fredus fuit cassus.

Angelus Carelli de Fulgineo intrauit post dictum Iulianum cum tribus sotiis die prima novembris 1421.

Ranutius Criscentij de Montefalcone. Intrauit post dictum Angelum die prima nouembris 1422 cum quatuor sua persona computata et X florenos in mense (Non intrauit).

Contanellus de Treuio intrauit post dictum Ranutium die prima nouembris 1423 cum tribus sotiis ultra suam personam.

7. CHIUGIANO.

Chiugianum. Custoditur per unum Castellanus cum duobus sotiis, et habet in totum quolibet mense flor. septem cum dimidio cum honoribus et oneribus.

Villanutius Angeli de Fulgineo Castellanus Rocche Chiugiani comitatus Nuceriij intrauit dictam Roccham Chiugiani die XV augusti 1420, et postea refirmatus pro alio continuando semestri. Et Magnificus Dominus noster Corradus decreuit refirmationem tertij semestris dicti Villanutii die VIII Februari 1421, et quando sequetur et compietur (*sic*) dictum tertium semestre, sint tres paghe cum persona castellani, et habeat duos florenos cum dimidio mense quolibet pro qualibet paga ad 36 bol. pro floreno.

Antonius Blaxii de Bictionio tenet et custodit dictam Roccham et intrauit XX octobris 1421.

Gorius Mulacterius de Fulgineo intrauit post eum die XX iulii 1422.

Antonius Benedicti de Fulgineo intrauit VI octobris 1423 castellanus et laborator Domini super podere Domini, et semper ipse uel filius de die debet esse in Roccha, et de nocte ambo.

8. POGGIO SURRIFA

Podium Surrife , (1).

Antonius Blasij de Bictionio qui jam diu fuit castellanus dicte Rocche Podii Surffe ut patet in alio registro; deputatum est per Magnificum Dominum nostrum Corradum quod finiat semestre reinceptum, quod finietur ultima martii 1421, et postea restet per aliud semestre incipiendum die prima Aprelis 1421, cum quatuor paghis computata sua persona, et decem florenos in mense in totum.

Corradinus Giraldi de Montefalcone. Intrauit post dictum Antonium die prima octobris 1422 more consueto.

9. POGGIO DI PARRANO.

Podium Parrani. Custoditur per domnum Abbatem Saxiuui de fructibus abbacie Parrani, et habet certum subsidium a Comuni Nucerii.

Custoditur per dominum Abbatem Saxiuui secundum temporis exigentiam.

10. CASTIGLIONE.

Fortellitium Castiglioni. Custoditur per Jacobum mareschaleum familiarem Domini cui assignatum est, et etiam quod pro custodia fructet certas possessiones que ibi sunt, et aliter non continentur in alio sequentium foliorum.

Custoditur per Iacobum marescaleum ex fructibus dicti loci sibi consignatis.

(1) L' indicazione che sta in principio è illegibile.

11. ANDOLINA.

Fortellitium Andoline Custoditur cura Domini Abbatis Saxiuiui, ex fructibus sancti Petri de Andolina, et quandoque, dum tempus exigeret suppletur per Dominum.

Custoditur per Dominum abbatem Saxiuiui secundum necessitatem temporum.

12. ANNIFO.

Districtualia Civitatis Fulginei. Castrum Annifl. Custoditur et regitur per unum vicarium ibi deputatum per Dominum, qui habet quatuor flor. ad 36 bol. pro flor. in mense, qui soluuntur per certos scindacatus ad hec contribuentes more solito.

Ser Bartolus Vagnoli Carelli de Fulgineo intrauit officium prima martii 1421 et habet quatuor florenos in mense ad 36 bol. pro floreno.

Ser Petrus Andrioli de Montefalcone intrauit post eum die prima maij 1422 cum honoribus et oneribus consuetis. Vacat nunc et nemo positus est, et prima maij 1423 exiuit.

13. COLFIORITO

Castrum et Turris Collis Floreti. Custoditur per unum castellanum qui est castellanus Turris et vicarius pro Domino in castro, et deputatum est quod habeat pro futuris temporibus incipiendo prima aprilis 1421, tres pagas cum sua persona cum duobus flor. cum dimidio pro qualibet pagha mense quolibet, et soluuntur a certis circumstantibus more solito.

Bertonus Nicolai Domini Gentilis fuit semestri preterito et finito ultima martii 1421 cum uno sotio, et habebat quinque florenos in mense in totum, die prima aprilis dicti 1421 incepit habere duos sotos ad duos florenos cum dimidio pro quolibet ipsorum ad 36 bol. pro flor.

Massiolus Rouelglieti de Fulgineo intrauit die VII septembris 1421 cum consuetis, et potest stare ipse nel filius.

Mactiolus de Palatio factor Domini intrauit post dictum Massiolum die prima martii 1422 more consueto predecessorum.

Ciccharellus Bussulilli intrauit post dictum Massiolum cum uno sotio die prima septembris 1422.

Nicolinus Marini de Fulgineo habet licteram intrandi dictam Roccham successor dicti Ciccharelli die prima martii 1423 prime indictionis cum salario honoribus et oneribus consuetis.

Ser Bartolus Carelli intrauit post dictum Nicolinum die prima maij 1424 cum consuetis etc.

14. ROCCAFRANCA

Castrum et Roccha Aquefranche. Custoditur per unum castellanum qui est castellanus et vicarius, et tenet duos sotos, et habet septem flor. in mense prout soluuntur per massarios dicti loci, in totum et pro omnibus tribus paghis.

Ser Iacobus ser Francisci de Meuania fuit in Acquafranca per unum annum elapsum et fuit refirmatus per M. Dominum Nostrum Corradum pro alio semestri incepto die prima martii 1421, et sunt tres paghe et habet septem florenos in mense a massarijs dicti castrum.

Giraldus Petri Girardi de Fulgineo intrauit post dictum ser Iacobum die VI septembris cum consuetis comodis et conditionibus.

Ser Iacobutius de Amelia die prima septembris intrauit dictum locum cum duobus sotiis. Debebat ire sesta septembris predicti.

Ser Raynaldus de Iano habet litteram a Domino Nostro pro prima martii 1423 intrandi dictam Roccham cum salario honoribus et oneribus consuetis.

Ser Franciscus de Castagnola intrauit die prima maij 1424 cum uno sotio et quinque florenis in mense.

15. VERCHIANO.

Castrum et Roccha Verchiani. Custoditur per unum castellanum deputatum per Dominum, cum duobus sotiis, et pro se et dictis duobus sotiis castellanus habet otto flor. in mense ad 36 bol. pro flor.

Paulus ser Aghure de Meuania castellanus dicte Rocche intrauit die prima martii 1421 cum tribus paghis in totum. Habet mense quolibet in totum florenos otto ad 36 bol. pro flor.

Petrutius Galassi de Fulgineo intrauit ad custodiam dicte Rocche post dictum Paulum ser Angure die primo nouembris 1421.

Iacobus Petri Bartoli de Meuania intrauit post dictum Petrutium cum honoribus et oneribus consuetis die VIII february 1423.

16. RASIGLIA.

Castrum et Roccha Rasilie. Custodiri amodo debet per unum castellanum qui teneat secum pro dicta custodia tres sotos et habeat pro se et tribus sotiis decem flor. in mense ad 36 bol. pro flor. et soluendos ab hominibus Rasilie, de tribus quartis floreni pro qualibet custode prout actenus solitum est.

Antonius Petrutii dicto Cancellieri de Fulgineo Castellanus Rocche Rasilie intrauit dictam Roccham cum tribus sotiis die prima martii 1421.

Macthiolus de Palatio intrauit dictam Roccham post dictum Antonium die prima septembris 1422, cum tribus sotiis moribus consuetis.

Santus de Castrobono intrauit post dictum Macthiolum die prima nouembris 1423 cum quatuor sua computata persona, et habet otto florenos auri nectos in mense, videlicet id quod exigitur ad medium florenum pro quolibet custode in Rasilie, et residuum usque ad summam dictorum otto florenorum habet de salario quod solebat habere vicarius Annifi.

17. CIVITELLA.

Castrum Ciuitelle. Custoditur ut temporis qualitas exigit, de officiali et custodia.

Santorillus de Fulgineo est vicarius dicti Castri, et stat ad beneplacitum Domini. Intravit prima february 1421.

18. TORRE DI SER ANGELO.

Turris olim Ser Angeli. Custoditur per homines scindicatus Rouegliti et prouidetur semper ultra istum ordinem secundum temporis qualitatem.

Custoditur per circumadiacentes comitatenses Fulginei. Custo-

ditur nunc, videlicet a die prima maij 1423 citra, per homines de Manciano per familiam Tome Luce de dicto loco. Incipiat habere a camera Domini in Treuio florenos ii in mense ad 36, prima nouembris 1423.

19. S. ERACLIO.

Castrum et Turris Sancti Heracchii. Custodiri debet hoc modo, quod semper in castro resideat officialis deputandus qui de die, ut plurimum, stet ad portam, et turrim. Dictus officialis, faciat custodiri per homines electos per Dominum Corradum de hominibus met dicti loci, et habeat tres florenos soluendos more solito per homines dicti castri.

Gherardus Petri Gherardi de Fulgineo intrauit dictam Turrim die prima february 1421, et habet de salario tres florenos in mense soluendos per certos ad idem salarium deputatos.

Ser Iacobutius de Amelia exiens de officio Custodie ciuitatis Fulginei intrauit uno et eodem die officium Custodie Santi Racchii cum vno garzone et quinque florenos in mense die primo Augusti 1421.

Rolfus de Sancto Raccuio habet illam curam ad beneplacitum Domini, et incepit prima augusti 1422.

20. SERRA.

Castrum et Roccha Serre in Ualle Topini. Custoditur pro nunc ut solitum est, per pagas in totum, et pro futuro custodiat per paghas computata personali propria castellani, et habet in mense duos flor. cum dimidio pro qualibet pagha ad 36 bol. pro flor. soluendos per homines Vallis Topini.

Magnificus Dominus Noster Corradus de Trinciis, ex benigno affectu, inclinatus supplicationibus hominum vallis Topini, respectum habens eorum pauperrime facultati, ad alleuiandum eis espensas, ad ipsius Magnifici Domini beneplacitum Roccham Castri Serre districtus et dicte vallis, remisit et reposuit custodiendam per homines dicte vallis, spirato anno Puccinti de Meuania presenti castellani, qui dictum annum finit die XIII presentis mensis aprilis 1421. Et ob hoc.

Franciscus Mactholi de Gallano et Iohannes Trauaglioli de Cerqua districtus dicte vallis, electi per uniuersitatem et comune ad custodiendam dictam Rocchan pro duobus mensibus proxime futuris, incipiendis die XIII aprilis 1421 iuraverunt fidelitatem etc. in manus Domini ut faciunt ceteri castellani Domini. Et Franciscus sabati, alias ferro de Gallano dicti districtus Scinnicus comunis dicte vallis ut de suo scinnicatu patet manu ser Bicti de Cerqua, promixit et fide iussit pro predictis etc.

21. PASANO.

Fortellitium Pasani. Custoditur per circumstantes et curam debet habere vicecomes Vallis Topini quia secundum tempus de hominibus dicte vallis prouidetur.

Custoditur per certos custodes districtus dicte vallis sine alio castellano pro primo agusti 1423. Guidus familiaris Domine Constantie debet ire. Deputabitur salarium de custodia loci. Vnquam iuit nec vult ire.

22. VALTOPINA.

Podium Stazani et Vicecomes Vallis Topini. Custoditur per ipsum Vicecomitem, et custodes tenet in Turri de hominibus dicte vallis, et habet curam totius uniuersitatis vallis predictae, et habet pro se solo mense quolibet tresdecim libras den. cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Vagnolus ser Cole de Sellano intrauit post ser Rainaldum de Fano die X maij 1421 cum salario honoribus et oneribus consuetis precessoribus proximis Vicecomitibus.

Ser Bartolomeus de Cassia habet eletionem post annum dicti ser Vagnoli et debet intrare die X maij 1421 cum consuetis.

Ser Bartolus Vagnoli Carelli de Fulgineo intravit post eum die X novembris 1422 cum consuetis.

Ser Iohannes Branchilli de Fulgineo intrauit post dictum ser Bartolum die X maij 1424.

23. S. CRISTINA.

Fortellitium Sancte Christine. Custoditur per certas partes hominum dicte vallis, secundum tempus et discretionem predicti Vicecomitis.

Custoditur secundum temporis qualitatem per certos custodes dicte Valli Topini.

24. CAPODACQUA.

Castrum et Fortellitium Capudaque. Custoditur per unum qui est castellanus et factor. Cui obediunt ad ipsam custodiam fieri faciendam ville Capudaque et Gallani, et pro aliquo salario ad substentationem dicti castellani et factoris adscribuntur et dantur sibi punctature dictorum custodum et aliqua extraordinaria.

Custoditur per quendam factorem ibidem deputatum et per certam partem hominum propinquorum una cum hominibus dictis Sindicatus, et nunc stat ser Petrus de Gualdo Cattaneo.

25. AGNANO.

Fortellitium Agnani. Debet ibi esse factor pro Domino qui debet habere curam custodie, que fieri debet per certam partem scindicatus Sancti Marcelli et per certas villas deputatas more solito ad contribuendum dicte custodie, et quia non habet alium officialem, non continetur alio folio.

Sunt ad ipsius custodiam certi ibidem habitantes, et in necessitate vadunt de scindicatu Sancti Marcelli.

26. AFRILE.

Turris Afrelis. Custoditur per homines scindicatus Afrelis. Homines dicti scinnicatus Afrelis custodiunt ipsam Turrim.

27. GALLANO.

Turris Sancti Stephani de Gallano. Custoditur per homines scindicatus Fundi et Caluedani, secundum tempus.

Custoditur per homines scinnicatus Fundi et Canuedani.

28. CALESTRO.

Fortellitium Calestri. Custoditur per homines scindicatus Fa-gietarum et certos alios de montanea deputatos.

Custoditur per certam partem hominum de Montanea qui tempore necessitatis regressum habent ad ipsam.

29. PODESTERIA DI MONTEFALCO.

Terra Montisfalconis. Potestaria debet tenere unum iudicem, unum notarium, unum militem, sex famulos et unum equum, et habere de salario, pro futuro, ducentos flor. ad 36 bol. pro flor. cum honoribus et oneribus consuetis.

Dominus Iohannes Benedictus de Visso steterat sex mensibus quos finiebat X die martii 1421, de quo tempore habuit salarium secundum quod Magnifica Memoria Nicolai Trincie deputauerat: pro subsequentibus continuandis sex mensibus Dominus deliberaverat die VIII februari 1421 quod habeat ducentos florenos ad 36 bol. pro floreno in toto semestri, de quibus tenet Indicem si iurista non foret Potestas, militem, notarium, sex famulos, unum equum cum honoribus et oneribus consuetis.

Dominus Gaspar de Collis de Fulgineo intrauit post eum die XI septembris 1421 comodis honoribus et oneribus consuetis. Et habuit refirmam pro secundo semestri.

Dominus Diotesalve Domini Angeli Domini Stephani de Fulgineo pro prima nouembris 1422 cum centum septuaginta quinque florenis ad 36. Dempti sibi fuerunt unus famulus et equus a consueto.

Insegna de Bicionio intrauit post dictum dominum Diotesalve die prima maij 1423 cum salario honoribus et oneribus ut signatum fuit dicto Domino Diotesalve,

Vincentius ... de Cortonio cognatus ser Iacobi de Fracta habet electionem post dictum Insegnam pro prima nouembris dicti anni, et ita intrauit.

Maxioctus Iohannis de Bononia intuitu Domini Iacobi de Archipresbiteri Exii et capit. etc. (sic) habet electionem pro prima maij 1424. Intret in dicto officio post finitum officium ser Benentisi Iacobi de Fulgineo, quem volumus quod incipiat prima Magii futuri.

30. CANCELLERIA DI MONTEFALCO.

Cancellaria. Debet habere salarium quod Dominus sibi deputauerit et tenere secum secundum delliberationem Domini et habere expensas semper cum Prioribus dicte terre.

Ser Legazarius Pasquicti de Miranda, qui jam stetit per annos

finiat suum reinceptum semestre quod finit die iii augusti 1421, moribus et conditionibus consuetis.

Et postea Dominus ut sibi uidebitur prouidebit.

Ser Andreas Luce de Fulgineo intrauit officium dicti Cancellariatus post dictum ser Legazarium die prima mensis augusti 1421 cum salario quatuor florenorum in mense auri et expensis cum Prioribus dicte terre.

31. ROCCA DI MONTEFALCO.

Roccha magna Montisfalconis. Debet custodiri secundum tempus et per ordinarium viginti paghis, computata persona castellani, pagha mortua, Regatio, Nicolao Francischini et Ser Iohanne factoribus, et salarium a Comuni Montisfalconis, duos florenos cum dimidio in mense pro qualibet pagha, et honoribus et aliis consuetis.

Ser Benentisus Iacobi Domini Crissij de Fulgineo die XII februari 1421 intravit Roccham Montifalconis Castellanus pro Magnifico Domino Nostro Corrado de Trincis, cum viginti paghis, computatis sua persona mortua et Regatio, Nicolao Franceschini et ser Iohanne factoribus cum duobus florenis cum dimidio pro qualibet paga in mense ad 36 bol. pro floreno. Habuit a Domino certam prestantiam que debet excomputari.

Iohannes Marci de Fulgineo intravit post dictum Benentisum prima martii 1423.

32. CASSERO DI MONTEFALCO.

Cassarectum dicte Terre. M^oCCCCXVII^o die V^a octobris, relictum fuit sine custodia, et successive dirutum est, et reditum Comuni, et Comune vendidit. Ideo non continetur aliquo sequenti folio.

33. FORTILIZIO DI MONTEFALCO.

Fortellitium plebis Montis Falconis. Custoditur per unum Castellatum, cum septem sotiis, ita quod sint otto in totum et debet habere salarium a comuni Montisfalconis duorum flor. cum

dimidio in mense pro qualibet pagha ad 36 bol. pro flor. cum honoribus et oneribus consuetis.

Pietro da Scoppio è stato al modo usato per uno anno passato et finito a di prima de lugno 1421.

Mactionus Cicchitti de Fulgineo intrauit dictam Roccham seu fortelictium plebis die prima iunii 1421 cum nouem paghis sua persona computata et vltra eum pro uno mense et vltra ad beneplacitum Domini intrauit Nicolaus Pauli de Castrobeno cum quatuor sotiis et ipso computato quinque.

34. TORRE DELLA PORTA S. AGOSTINO.

Custodia Turris porte Sancti Augustini dicte Terre. Custos dicte porte debet deputari per Dominum et habet residentiam ad dictam portam, et solet habere quinque flor. in mense cum uno famulo: nunc stat secundum Domini deliberationem et simul cum dicta custodia facit officium dampni dati eum quatuor flor. in mense, conuertendos ad dispositionem Domini.

Gironamus Angeli da Fulgineo intrauit ad custodiam Turris dicte porte die prima iunii 1421 cum uno famulo et quinque florenis ad 36 bol. pro floreno in mense.

35. PODESTERIA DI GIANO.

Potestaria Castris Jani. Potestas dicti castris Jani, reductus est quo stet solus. et habeat quatuor florenos auri in mense cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Gabriel Massij de Interamna intrauit officium potestarie dicti castris Jani post ser Mactheum de Gualdo die prima aprilis 1421. Habet quatuor florenos auri mense quolibet et est solus.

Ser Nicolaus de Cesis cum modis et conditionibus consuetis intrauit post dictum ser Gabrielem dictum officium die prima octobris 1421.

Ser Giohannes ser Bartolomei de Nucerio cum salario honoribus et oneribus consuetis intrauit dictum officium potestarie castris Jani prima aprilis 1422.

Ser Iohannes Bianchilli de Fulgineo habitans in comitatu Perusii intrauit prima maij 1423.

Ser Gregorius Bartoli de Fulgineo intrauit post dictum ser Iohannem die prima nouembri 1423 cum tribus florenis de camera in mense nectos, pro quo salario dempta est una pagha castellano, et residuum suppletur de camera etc.

36. ROCCA DI GIANO

Roccha castris predicti. Custoditur per unum castellanum, cum sex sotiis, ita quod sint septem computata sua persona, et habet duos flor. cum dimidio mense quolibet pro qualibet pagha cum honoribus et oneribus consuetis.

Benencasa Cialdelli de Fulgineo intrauit Roccham Iani post Petrum Iacobi Stizze de Fulgineo die VI aprilis 1421 cum otto paghis computata sua persona, cum duobus florenis cum dimidio 36 bol. pro floreno pro qualibet pagha mense quolibet a Comuni Iani soluendis et honoribus et oneribus consuetis.

Americus Bastardi de Montefalcone intrauit post dictum Benencasa die VI aprilis 1422 cum salario sotiis honoribus et oneribus consuetis.

Ser Lodouicus Macthei de Pedeluco habet electionem post dictum Americum pro die VI octobris 1423 et tenetur unum sotium siue pagam contribuere in salario Potestatis, quare dempta est sibi dicta paga.

37. CASTAGNOLA.

Castrum Castagnole. Custoditur per unum Potestatem, qui habet regere locum et homines in iustitia et equitate.

Ser Bartolus de Rovelgito vicarius castris Castagnole intrauit officium post ser Bartolutium de Sellano die prima aprilis 1421 cum salario honoribus et oneribus consuetis eidem a Comuni dicti castris solvendo.

Ser Bartolomeus Iuuenalis de Miranda successor dicti ser Bartoli deputatus pro prima aprilis 1422 cum salario et honoribus consuetis.

Refirmatus fuit per Dominum pro quarto semestri incipiendo primo octobris 1423, et Dominus dixit ore proprio die XXI agusti dicti millesimi, et mandauit dari litteram.

38. MONTECCHIO.

Castrum et Roccha Monticuli. Custoditur Roccha ipsa per tres paghas computata persona castellani, et habet mense quolibet flor. otto ad 36 bol. solvendos per massarios castri, et cum honoribus et oneribus solitis.

Ser Bartolomeus de Miranda Castellanus et Vicarius Rocche et Castri Monticuli, in quo jam steterat per annum finitum ultima martii 1421. Et Dominus noster Corradus refirmavit cum pro tertio semestri immediate et successiue sequenti, cum salario hactenus habito, et duobus sotiis.

Petrus Francisci de Meuania intravit dictam Roccham post dictum ser Bartolomeum die prima octobris 1421 conditionibus suetis.

Viisses Andree ser Valerii de Macerino habuit electionem in incoandam prima octobris 1422.

Ser Tomas domini Gironami de Nucerio intrauit prima octobris 1423 more consueto.

Bartolomeus Nicolai Chiodntii intrauit post dictum ser Tomam die prima maij 1424.

39. SEMIGNI.

Fortellitium Semigni. Custoditur per quemdam castellanum et factorem Domini, et secundum tempus fit supplementum per Dominum.

Iohannes ser Giellis de castro Iani, qui fortellitium ipsum jam diu habuit in custodia, custodit ipsum cum ea provisione, quam Domino eidem dare placuerit, et stat ibi ad beneplacitum Domini.

40. PODESTERIA DI GUALDO CATTANEO.

Castrum Gualdi Captani. Potestas dicti castri delliberatum est pro nunc pro sublevatione expensarum que fit Potestas et Cancellarius, et faciat utrumque officium et habeat quatuor flor. auri in mense.

Ser Marinus Gratii de Interamne habuit electionem potestarie et cancelleratus, et finaliter intrauit officium potestarie die prima

aprelis 1421 cum quatuor florenis auri in mense quolibet pro suo salario et est solus. Refirmatus pro secundo semestri habuit utrumque scilicet potestariam et cancellariatum, et Dominus voluit quod sit pro tertio semestri.

Petrus Mathei de Nucerio Potestas dicti castri Gualdi intrauit post dictum ser Marinum die prima nouembris 1422.

Ser Bartolomeus ser Dominici de Spello intrauit prima maij 1423.

Ser Lucas Lilli de Fulgineo intrauit post dictum ser Bartolomeum prima maij 1424 et habet officium potestatis et cancellariatum.

41. ROCCA DI GUALDO CATTANEO.

Roccha dicti Castri Gualdi. Castellanus dicte Rocche tenet pro custodia dicte Rocche computata sua persona pagas quatuor, et habet de salario duos flor. cum dimidio in mense pro quolibet pagha, ad 36 bol. cum consuetis oneribus.

Iohanni de Missere Angelo da Fulignio Castellano de la roccha de Gualdo captaneo stato uno anno, et refermato per lo predicto nostro Magnifico Signore per l'altri VI misi comenzati di prima de aprile 1421. Tene paghe VI computata la sua persona ad consuetam rationem duorum florenorum cum dimidio in mense, ad 36 bol. pro floreno et honoribus et oneribus consuetis.

Antonius Blaxij Mandutij de Bicionio, intravit post dictum Iohannem die prima nouembris 1423, cum consuetis.

42. CANCELLIERATO DI GUALDO CATTANEO.

Cancellariatus eiusdem. Habet XV flor. auri et plus et minus secundum electionem Communis, quolibet semestri.

Ser Iohannes de Polino Cancellarius dicte Terre habet XX florenos auri mense quolibet. Intrauit officium die prima aprelis 1421, quod salarium est plus et minus secundum dicti Communis electionem.

Ser Marinus est Potestas et Cancellarius per suam electionem.

Ser Maethiutus de Nucerio intrauit die prima octobris 1422.

Ser Nicolaus Putij de Nucerio intraturus est primo nouembris

1423 post dictum Ser Macthiutum quia habet electionem. Et ita intrauit.

Die prima maij 1424. Vnitum fuit cum officio Ser Luce Lilli Potestatis dicti castri.

43. RADIONE.

Fortellitium Radioni. Custoditur secundum oportunitatem temporis, expensis hominum terre Meuaneae, et pro nunc custoditur per filium Antonii Benedictori de Fulgineo.

Custoditur per quemdam factorem Domini, qui habet fructare certas possessiones que ibidem sunt, et deputauit Dominus quod haberet de aiutorio tres florenos in mense a Comuni Meuanie. Et pro nunc stat quidam Cicchus Antonij Benedicti de Fulgineo.

Die XV octobris 1421 cum tribus florenis in mense iuit Thomas Pucij de Fulgineo ad custodiendum.

Iacobutius Stracciati di Meuania intravit die...

44. GAGLIOLE.

Roccha Galglioli. Custoditur per vnum custodem deputatum per Dominum, qui tenet vnum puerum ut sibi seruiat, et habet quatuor flor. in mense in totum ad 36 bol. pro flor.

Ser Mactheus de Gualdo Castellanus dicte Turris intrauit post Ranalditum de dicto loco die prima maij 1421 cum vno guarzone et habet quatuor florenos in mense a comuni Meuanie.

Ser Giohanes de Polino intrauit die prima aprilis 1422 cum modo et conditionibus quibus stetit ser Mactheus.

Angelus Pallotte de Montefalcone, more dicti ser Iohannis custodit dictam Roccham et intrauit prima septembris 1422.

Vitalis Antonis de Valle Buschieti de Nucerio intrauit post dictum Angelum die prima novembris 1423.

Bertonus Nicolai Domini Gentilis intrauit post dictum Vitalem die XV iulij 1424.

45. TORRE DEL COLLE.

Castrum Turris Collis. Custoditur per homines castri predicti ad sollicitudinem, discretionem et curam Manentis de Meuanea.

Manente Nobilis de Meuania tenet dictum locum et gubernat ut actenus tenuit et gubernauit ad deuotionem et fidem Domini.

46. PODESTERIA DI BEVAGNA.

Potestaria terre Meuaneae. Habet otto flor. in mense ad ... bol. pro flor. de quibus tenet vnum notarium et vnum famulum. Cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Nicolaus Francisci de Castro Pedis Luci Potestas terre predictae intrauit officium ipsum cum vno officiali et otto florenis in mense die VIII iulij 1420, et pro finiendo vno anno debet stare vsque ad diem octauam iulij 1421.

Ser Palmerius de Interamne Potestas dicte terre intrauit dictum officium die VIII iulij 1421, post dictum ser Nicolaum cum dicto salario et officiali pro semestre ut sequitur finiendo.

Ser Petrus de Roma Potestas dicte terre Meuaneae intrauit post dictum ser Palmerium die VIII ianuarii 1422 cum salario honoribus et oneribus consuetis.

Lodouicus ser Macthei de Assisio habet electionem post dictum ser Petrum cum salario honoribus et oneribus consuetis incepturus VIII ianuarii 1423.

Ser Iohannes Pasquitti de Miranda habet electionem post dictum Lodouicum cum salario honoribus et oneribus consuetis pro VIII die iulij proximi futuri 1423 incepturam pro semestri.

Ser Iosep ser Marini de Interamna deputatus per Dominum post finitum annum dicti ser Iohannis a die sui introitus, et succedet die VIII iulij 1424.

47. ROCCA DI BEVAGNA.

Roccha Meuaneae. Custoditur per castellanum cum quinque paghis sive sotiis. Itaque sunt sex in totum, et habet duos flor. cum dimidio pro qualibet pagha mense quolibet ad 36 bol. pro flor.

Iacobus Stize de Fulgineo post Massiolum Rovelglicti intrauit dictam Roccham die prima februari 1421 cum sex paghis ad rationem duorum florenorum cum dimidio pro qualibet paga in mense ad 36 bol. pro floreno et aliis honoribus et oneribus consuetis.

Iohannes Marci de Fulgineo intrauit dictam Roccham post dictum Iacobum die prima agusti 1421 cum 8 paghis omnibus computatis et salario supra dicto.

Angelus Carelli de Fulgineo habuit litteram intrandi post dictum Iohannem die prima martii 1423 prime indictionis cum salario honoribus et oneribus consuetis.

Ser Andreas Petri de Interamnes intrauit die prima maij 1424 cum consuetis per suum precessorem.

48. PODESTERIA DI CASTELBUONO.

Potestaria Castriboni. Quolibet semestre habet a Comuni dicto castrum centum libras, et stat solus cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Lodonicus Macthei de Pedeluco Potestas dicti Castrum Boni intrauit dictum officium die prima aprilis 1421 cum salario consueto a comuni dicti Castrum.

Ser Antonius ser Iohannis de Miranda successor dicti ser Lodonici pro prima aprilis 1423.

Ser Franciscus de Castagnola intrauit prima octobris 1423 more consueto.

Perus Macthei de Nucerio intrauit post dictum ser Franciscum die prima aprilis 1424.

Ser Bartolomeus ser Tome de Miranda habuit electionem post eum pro uno anno incipiendo prima octobris 1424.

49. PODESTERIA DI LIMIGIANO.

Potestaria Castrum Limisiani. Est solus, et habet de salario quindecim flor. auri quolibet semestre et honores et onera etc.

Ser Rainaldus ser Lippi de Meuanea Potestas castrum predicti intrauit ipsum officium prima septembri 1420 et pro continuando semestri incipiendo die prima martii 1421.

Ser Franciscus de Castagnola intrauit post dictum ser Rainaldum die prima septembris 1421 cum conditionibus consuetis.

Ser Tomas ser Rainaldi de Fulgineo intrauit post dictum ser Franciscum die prima martii 1422 XV indictione cum consuetis.

Ser Iacobutius de Amelia intrauit post dictum ser Iohannem die prima septembris 1423.

Ser Andreas ser Petri ser Vitalis de Montefalcone intrauit prima aprilis 1424 post dictum ser Iacobutium. Mortuus est.

Ser Bartolus de Rouelglito intrauit post eum die XXIII iulii 1424 cum salario consueto.

50. COLLEMANCIO.

Castrum et Potestaria Collis Mancii tenet ipsum officium et exercet solus, et habet potestariam et cancellariatum simul, et habet de salario quatuor flor. in mense, auri, cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Iohannes ser Bartolomei di Nucerio potestas dicti Castrum intrauit post ser Ugolinum Cole Placentis de Treuio die prima maii 1421 cum salario quatuor florenorum auri mense quolibet.

Ser Laurentius de Visso intrauit post dictum ser Iohannem die prima nouembris 1421.

Ser Iohannes Pasquetti de Miranda intrauit post dictum ser Laurentium die prima maii 1422.

Ser Tomas Macthioli de Fulgineo pro prima maij 1423.

Ser Paulus ser Antonii di Tarano intrauit post dictum ser Tomam die prima nouembris 1423.

Ser Iacobutius de Amelia intrauit prima aprilis 1424 post dictum ser Paulum qui iuit Offidam.

Ser Franciscus Antonii de Nucerio habet electionem pro prima octobris 1424, et secundo per litteram.

51. ROCCA DI COLLEMANCIO.

Roccha dicti Castrum Collis Mancii custoditur quatuor paghis sua persona computata, et habet mense quolibet pro qualibet pagha duos flor. cum dimidio ad 36 bol. pro flor. a comuni Collis Mancii cum honoribus et oneribus consuetis.

Paulus ser Nicole dictus Madhalene de Montefalcone intrauit dictam Roccham post Iacobum Rabuini de Fulgineo die primo martij 1421, cum quatuor paghis sua persona computata, cum salario duorum florenorum cum dimidio mense quolibet pro qualibet pagha.

Filippus ser Andree de Meuanea intrauit Castellariam dicte Rocche die prima aprilis 1422, cum conditionibus consuetis.

Bonora Petri de Fulgineo intrauit post dictum Filippum die prima octobris 1423.

52. PODESTERIA DI BETTONA.

Terra Bictonii Potestaria. Est potestas cum uno notario et duobus famulis, et habet XII flor. in mense ad rationem, honores et onera consueta.

Valerius Andree de Macerino intrauit potestariam dicte terre Bictonii die prima maii 1421 post dominum Iacobum Bartocii de Fulgineo cum duobus famulis et uno notario, et salario XII florenorum in mense.

Ser Angelus de Cesis intrauit post eum die primo nouembris 1421.

Dominus Benincasa de Fulgineo intrauit post dictum ser Angelum die primo nouembris 1422 cum consuetis.

Ser Antonius de Verrocchis de Interanne habet electionem mannutii de Signa et intrauit prima maii 1423. Refirmatus fuit pro secundo semestri immediati sequenti.

Smiraldus de Fulgineo intrauit post eum die primo maij 1424.

53. CANCELLERIA DI BETTONA.

Cancellariatus dicte Terre Bictonii. Est solus, habet a comuni sex flor. auri, remanent sibi tres flor. auri, cum honoribus et oneribus etc.

Ser Cicchus de Nucerio stetit iam ultra annum et refirmatus est per Dominum pro semestri, incipiendo primo martii 1421.

59. BASTITA DI BETTONA.

Bastita Bictonii custoditur tribus paghis cum persona casteliani, et habet otto flor. in mense ad 36 bol. pro flor. quinquaginta flor. auri in toto anno a comuni Bictonii, residuum de duobus flor. auri, qui recipientur de salario Cancellarii, et aliud residuum de ordinariis punctaturis etc.

Iacobutius Georgii de Castagnole, intrauit dictam Bastitam Bictoni die XIII aprilis 1421 post Lucam Tarilli de Treuio cum duobus sotiis et otto florenis in mense ad 36 bol. pro floreno.

Ser Tomas ser Gironami de Nucerio intrauit die XV aprilis 1423 cum uno sotio.

Bertonus Nicolai Domini Gentilis de Fulgineo intrauit post dictum sor Tomam cum uno sotio die prima octobris 1423.

Finutius Simonis de Castrobono intrauit post dictum Bertonem die XII iulii 1424.

55. POMONTE.

Castrum Pomontis. Custodit illud ut consueuit Bonifatius Pucciapti.

Bonifatius et Pucciptus consueuerunt illud custodire, et nunc custodit Pucciaptus et habet otto florenos auri in anno a Massariis.

56. POTESTERIA DI TREVÌ.

Terra Treuui cum comitatu. Potestaria tenet unum iudicem, unum notarium, unum militem, sex famulos et unum equum. habet de salario ducentos flor. ad 36 bol. pro flor. cum honoribus et oneribus consuetis.

Ser Fabianus de Narnea potestas dicte terre intrauit ipsum officium prima decembris 1420, et habuit electionem a magnifica memoria Nicolai Trincie et secundum illam sibi servatum est. Et pro futuro ut ordinatum est fiet.

Ciprianus de Manassei de Interanne intrauit dictum officium die prima iunii 1421 habet ducentos florenos in semestri tenet unum iudice unum militem, unum notarium sex famulos et unum equum ad 36 bol. pro floreno.

Dominus Antonius Turelli de Fulgineo potestas Treui intrauit die prima decembri 1421.

Dominus Iohannes de Schafalibus de Fulgineo potestas Treui et successor dicti Domini Antonii cum ordinibus consuetis intrauit prima iunii 1422.

Dominus Gaspar de Fulgineo intrauit post dictum Iohannem die prima mensis nouembris 1422 cum centum quinquaginta florenis solvendis more consueto, milite, notario et quinque famulis.

Franciscus Branchutii de Elmio de Fulgineo intrauit post dictum Dominum Gasparem prima iunii 1423.

Deminus Angelus Pangratii de Lachardinis de Narnea, pro prima decembri 1423 habuit electionem et sic intrauit dicto die.

Victor Petri Pauli de Rangonibus de Mutina die VIII martii martii 1424 habuit electionem intrandi post semestre dicti Domini Angeli, videlicet pro prima iunii 1424.

57. CANCELLARIATO DI TREVÌ.

Cancellariatus dicte Terre. Est cancellarius et officialis custodie et deputatum est, quod stantibus officiis unitis habeat septem flor. in mense ad rationem predictam.

Ser Andrea Luce de Fulgineo stetit ad dictum officium decem et octo mensibus et finit tertium semestre die prima iunii 1421 erit deinde dispositio ad beneplacitum Domini, et tenet unum notarium, et facit officium custodie et habet octo florenos in mense ad 36 bol. pro floreno.

Ser Antonius Pauli de Gualdo intrauit ad dictum officium post dictum ser Andream die prima augusti 1421 cum octo florenis ad 36 bol. pro flor. in mense, et pro semestri futuro tenet unum notarium ut supra pro officio custodie.

Ser Stephanus de Pedeluce intrauit post dictum ser Antonium die prima maij 1422 ad cancellariam tantum, quia ad custodiam intrauit eodem die particulariter ser Galassus a Pedeluce.

Nicolaus Luce de Fulgineo intrauit post dictum ser Stephanum die prima nouembris 1423 cum quinque florenis in mense.

Ser Galassus de Pedeluce officialis custodie terre Treuii cum tribus florenis in mense et reincepit post recessum ser Stephani die prima nouembris 1423.

Die prima maij 1424 fuit unitum officio cancellarie et ideo cassum.

58. FABBRI

Bastita Fabrorum custoditur castellano fido cum uno socio et habet de salario quinque flor. in mense ad 36 bol. pro flor.

Gorius Mulacterius de Fulgineo qui stetit prope ultra annum refirmus pro tertio semestri incepto prima aprilis 1421, et debet ibi stare cum uno socio, et habet quinque florenos in mense in totum ad 36 bol. pro floreno.

Iacobus Petri Bartoli de Meuania intrauit post eum cum dictis conditionibus die XV nouembris 1421.

Iohannes Saluoni de Meuania intrauit castrum et laborator dicte Bastite cum eius filio die prima iulii 1422 cum tribus florenis in mense.

59. FORTEZZA DEI MOLINI.

Fortellitium Molendinorum. Custoditur castellano cum quinque sotiis et habet de salario duos flor. cum dimidio mense quolibet pro qualibet pagha, et debent esse quatuor fidi molendinarii ad seruitium molendini et ad defensionem fortellitii dum foret necesse.

Iacobus de Castrobono qui stetit iam ultra annum fineat tertium semestre et postea Dominus providebit. Sunt autem ad dictam custodiam octo uel decem computatis quatuor molendinariis qui ad molendinum seruiunt. Finiet dictum tertium semestre die XVI iulii 1421.

Iohannes Mariscopti de Meuania intrauit dictum fortellitium post dictum Iacobum die XIII iunii 1421 cum sex paghis computata sua persona et duobus florenis cum dimidio quolibet mense pro qualibet paga a comuni Treuii soluendis, et cum honoribus et oneribus consuetis.

Antonius de Castroueteri intrauit prima iulii 1423 cum duobus sotiis.

Antonius Petrutij de Fulgineo intrauit post dictum Antonium de Castroueteri prima januari 1424 cum duobus sotiis ut supra.

60. S. DONATO.

Turris sancti Donati. Custoditur uno fido castellano cum uno socio, et habet quinque flor. ad 36 bol. quolibet mense et cum consuetis oneribus.

Angelus Andree de Castro Iani post Iacobum Petri Bartoli de Meuania intrauit dictam turrim die XV aprilis 1421 cum uno socio, et habet mense quolibet quinque florenos ad 36 bol. pro floreno a comune Treui.

Costantinus nepos Angeli Petruccioli de Montefalcone intrauit post dictum Angelum die prima aprilis 1422. (*È cancellato*).

Ferrus Sabbati Castri Turris predictae intrauit quando debuit intrare dictus Costantinus quia dictus Costantinus noluit ire.

Tomas Nalli de Nucerio intrauit post dictum Ferrum die prima maij 1423.

61. MATIGGE.

Turris Matigge. Custoditur uno castellano cum uno socio et habet more consueto quinque flor. ad 36 bol. pro flor. in mense in totum.

Iacobentius Stracciati de Meuanea qui ultra annum stetit in dicta turri fineat tertium semestre re inceptum die XII januari 1421, et post Dominus prouidebit.

Tenuit unum socium et habuit a comuni Treui mense quolibet in totum florenos quinque ad 36 bol. pro flor.

Cicchus Antonii Benedicti de Fulgineo intrauit post dictum Iacobutium die prima maij 1422. (*È cancellato*).

Massimus de Santo Racchio custodit dictam Turrim pro duobus florenis cum dimidio in mense, et intrauit post dictum Ciccum die prima iulij 1422.

62. UFFICIALI DI PRANO. *del Prano*

Officialis plani dicte Terre. Solus est et habet curam de tota planitie, et maxime de sancto Laurentio, sancto Iohanne et valles circum. et habet tres flor. auri mense.

Ser Iohannes ser Angeli de Gualdo qui ultra annum stetit ad dictum officium, finiat tertium semestre res inceptum prima aprilis 1421. Habet salarium trium florenorum auri mense quolibet a comune Treui.

Vacet dictum officium ad beneplacitum Domini post dictum ser Iohannem.

Ser Iohannes prefatus intrauit ad idem officium die VI iunii 1424 pro ut primo fuerat.

63. ROCCA DEL PIANO DI TREVÌ.

Roccha Terre predictae. Custoditur pro nunc uno castellano cum sociis quatuor, et habet de salario duos flor. cum dimidio

mense quolibet pro qualibet paga ad 36 bol. pro flor. cum consuetis oneribus.

Bartolomeus de Monteleone familiaris Domini finiat semestre suum inceptum prima decembris 1420 cum quatuor paghis computata sua persona et postea prouidebit Dominus.

Bonora Petri de Scoppio intrauit post cum prima iunii 1421 cum otto paghis in totum sua computata persona et duobus florenis cum dimidio pro qualibet paga mense quolibet ad 36 bol. pro floreno.

Nicolaus Pauli et Sanctus Vagnutii de Castrobono castellani Rocche Treui cum quatuor paghis pro qualibet in totum, ita quod sint otto paghe intrauerunt prima iulij 1422.

Cannonus de Castrobono castellanus dicte Rocche intrauit post dictos Sanctum et Nicolaum quia Santus iuit Pissignanum et Nicolaus est accessurus Mirandam die prima augusti 1422.

Gisbertus de Fulgineo familiaris Domini post dictum Cannonum intrauit die prima nouembris 1423. Non incepit propter aliam Domini deliberationem, sed perseverat Cannonus predictus Nunquam iuit ideo cassus. (*Cancellato*).

Schiauectus de Montefalcone intrauit post supra dictum Cannonum in dicta Roccha die prima januari 1424 cum otto paghis in totum.

64. PIEDILUCO.

Roccha et Castrum Pedisluci. Castellanus dicte Rocche habet pagam mortuam et tenet duodecim uiuas, itaque in totum sunt XIII paghe et habet duos flor. cum dimidio mense quolibet pro qualibet paga ad 36 bol. pro flor. et minus et ultra secundum temporis exigentiam.

Nicolaus Vannilli de Montefalcone intrauit ipsam Roccham Castri predicti post Simonem alias Fulignatu de Fulgineo familiarem Domini die aprilis 1421 cum XVI paghis, paga mortua et persona dicti castellani computatis, cum salario duorum florenorum cum dimidio pro qualibet paga et mense quolibet ad 36 bol. pro flor.

Felice ser Nicolai intrauit post dictum Nicolaum die VIII nouembris 1421.

Benencasa Cialdelli de Fulgineo intrauit post dictum Felicem die VIII nouembris 1422 moribus consuetis.

65. VICARIO DI PIEDILUCO.

Vicarius dicti Castri. Tenet unum famulum et habet sex florenos in mense ad dictam rationem.

Ser Berardus de Meuanea fineat suum semestrale tempus inceptum die XIII mensis januari cum salario sex florenorum ad 36 bol. pro flor. mense quolibet cum uno famulo et postea Dominus prouidebit.

Ser Antonius Domini Pauli de Gualdo intrauit post dictum ser Berardum die prima maij 1422 cum otto florenis in mense donec tenuerit officialem loco famuli, quem officialem quandocumque debet relapsare ad beneplacitum Domini.

Ser Bartolomeus de Gualdo remansit post dictum ser Antonium, ita quod continuare incepit die prima nouembris 1422 cum quatuor florenis in mense et est solus.

Ser Antonius Morici de Capodaqua Vicarius Pedeluci intrauit prima iulii 1423.

Ser Berardus de Meuania Vicarius Pedeluci intrauit die XX iulii 1424 cum uno famulo et rex florenis in mense.

66. MIRANDA.

Castrum et Roccha Mirande. Castellanus dicte Rocche tenet unum officialem qui est vicarius in castro predicto et tenet paghas computata sua persona et habet duos flor. cum dimidio ad XXXVI bol. pro flor. mense quolibet.

Saluutius Vannilli de Montefalcone castellanus dicte Rocche Mirande stetit jam per longum tempus, et Dominus noster Conradus eum refirmauit pro alio sequenti semestri incipiendo die prima aprelis 1421 cum honoribus et oneribus consuetis et tenet unum notarium qui facit officium vicariatus in dicto Castro, et computatis personis dicti Vicari et Castellani debent esse in totum paghe

Massiolus Rouelglitti intrauit post dictum Saluutium die XVIII januari 1422.

Nicolaus Pauli de Castrobono Castellanus dicte Rocche intrauit post dictum Massiolum die prima agusti 1422 cum consuetis.

67. POLINO.

Castrum et Roccha Polini. Custoditur uno castellano cum tribus paghis et pluribus secundum temporis exigentiam, et habet duos florenos cum dimidio mense quolibet pro qualibet pagha, assignatum est castellano de Rosis.

Castellanus de Rosis tenet quod sibi assignatum fuit ad beneplacitum magnifice memorie Nicolai Trincie, eo quod teneret ipsum ad mandatum et seruitia dicti Domini, quod factum fuit pro honore suo dum acta fuit parentela Drusoline. Quod Castrum et Roccha ita custodiebatur quod unus esset Castellanus et vicarius et essent in totum quatuor paghe et ultra secundum necessitatem.

Die XXVII septembris 1422 iuit Bonora Petri et recepit pro Domino Roccham in custodiam.

Ser Berardus de Meuanea Oastellanus Polini intrauit die prima octobris 1422.

Tomectonus Petrutii Saluati de Pedeluco intrauit post dictum ser Berardum die ... nouembris 1423 cum consuetis, et potest dimittere patrem cum uno ex fratribus uel duos ex fratribus sine patre in numero IIII pagarum quas debet tenere.

68. ROCCA ACCARINA.

Fortellitium Rocche Accharine. Custoditur per homines castri Pedislucci per vniuersitatem dicti castri, pro conseruanda fide ad statum Domini, fideiussoribus idoneis interuenientibus.

Homines et Universitas castri Pedis Lucii datis idoneis fideiussoribus de conseruando fortellitium ipsum ad hoberdientiam et statum Domini ipsum custodiunt et gubernant.

69. OFFICIO DELLE MOSTRE.

Officium mostrarum dicti Magnifici Domini est quod retinet unum ronennum suis expensis, et habet quinque flor. in mense de introitibus dicti officii, et in Fulgineo habet expen-

sas in Curia et etiam in locis ubi sunt factores Domini, et debet discretissime videre omnia facta Domini.

Ser Iohannes de Miranda et ser Legatzarius frater eius habuerunt jam electionem exercendi dictum officium pluribus mensibus, et Dominus noster Corradus refirmauit eos pro semestri incepto prima martii 1421. Habet quinque florenos in mense expensis officii: expensis in curia Domini ubi Dominus est, et ipse interueniat. Tenet suis expensis unum ronzenum et etiam habet expensas ubi sunt factores Domini quando vadit circum, et debet facere et reuidere bene omnia facta Domini.

Iannes ser Berardi intrauit post eum cum prouisione per Dominum deliberanda, et deputauit ad exercitium ser Petrum de Agnano die prima octobris 1421. Et post dictum ser Petrum qui exstintus fuit apud santum Petrum de Bovaria, mandato Domini deputatus fuit ser Maxiis de Limisiano.

70. PISCIGNANO.

Castrum Bonesbarre alias Pissignano. Custoditur cum diligentia secundum tempus.

Cannonus de Castrobono.

Sanctus de Castrobono intrauit ad custodiam dicte Rocche dicti Castrì post dictum Cannonum die XXVII iulii, et ponitur pro prima augusti 1422. Die ... Novembris 1422. Resignatum fuit Tutio de Signa et Ciriaco familiaribus et commissariis Pape Martini quinti cum litteris et bullis pontificis, et volente Domino Braccio. Vbi aliter et alias deliberauerat et promiserat quod remaneret magnifico Domino Corrado.

71. MELACE.

Fortellitium Melaci.

Custodiunt homines Pedis Luce.

72. MACERINO.

Castrum Macerini cum aliis locis terrarum Arnulphorum.

Ser Antonius ser Iohannis de Miranda stetit jam diu.

Ser Bartolomeus de Miranda intrauit post eum prima iunii 1422.

73. PODESTERIA DI FOLIGNO.

Officium Potestarie civitatis Fulgineæ, quod reductum fuit post guerram factam per ecclesiam etc. (1).

Dominus Iohannes Domini Adriani de Egubio pro semestri post Dominum Antonium de Asdrubalis de Urbino (2).

Dominus Iacobus de Grandenatis de Neapoli post annum in quo fuit predictus Dominus Iohannes.

Dominus Iohannes de Floribus de Interamnes. Intrauit prima decembris 1427 post prefatum Dominum Iacobum conditionibus notatis in sua electione ac notula.

... de urbe promissum est post dictum Dominum Iohannem de Floribus in semestre sibi concesso ad instantiam et intercessionem Domini Archiepiscopi Rigini de Columna consanguinei Domini.

Nobili Viro Donato de Lantilla Cui Pensauri loco Philippi filii dicti Donati cui alias promissum fuerat, et refirmata promissio. Ad instantiam magnifici Domini Caroli de Malatestis Pensauri etc. promissum fuit dictum officium immediate post predictum de Urbe ad instantiam dicti Caroli, et sic rursus fui ei (sic).

(1) Questa nota sulla Potestaria di Foligno è del 1426, in cui dal 1 giugno fu Podestà M. Giovanni di Adriano di Gubbio (IACOBELLI L., *Discorso della città di Foligno*, ecc. Foligno, 1646, p. 72). La guerra alla quale qui si allude, è quella mossagli nel 1424 da Martino V, che voleva togliere lo Stato a Corrado, ma che finì con una remissione completa dei torti fatti da Corrado al Pontefice stesso, il quale fece sposare a Gio. Andrea Colonna suo nepote, Faustina, figlia di esso Corrado (DORIO. Op. cit. pag. 207-211).

(2) I nuovi patti dell'elezione di questo Potestà e dei suoi successori vedansi nelle *Riformanze* 1425-1433, foglio 77 ecc. dell'Archivio Comunale di Foligno. Cfr. ANGELUCCI A., *Spigolature militari dell'Archivio Comunale di Foligno*. (Archivio Storico per le Marche e per l'Umbria, Foligno, 1886, Vol. III, pag. 466).

Estratto dal *Bollettino della Regia Deputazione di Storia Patria*
per l' *Umbria*, Vol. XVIII, Fasc. I — N. 45

2